



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Symbolvm Nicenvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

S Y M B O L V M
A P O S T O L I C V M.

C R E D O in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Passus sub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus & sepultus, descendit ad inferna: tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos. Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum. Sanctam Ecclesiam catholicam: Sanctorum communionem: Remissionem peccatorum: Carnis resurrectionem: Et vitam æternam, A M E N.

S Y M B O L V M
N I C E N V M.

C R E D O in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilibus omnium & invisibilibus.

Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum, ante omnia sæcula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine: & homo factus est: Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est: & resurrexit tertia die secundum scripturas: & ascendit ad cœlos: sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est in gloria, iudicare vivos & mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum sanctum, Dominum & viuificantem: qui ex Patre filioque procedit: qui cum Patre & filio simul adoratur & glorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma, in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi, A M E N.

S Y M B O -